



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**TRACTATVS|| DE CON-||FESSIONIBVS MA=||LEFICORVM ET
SAGA-||RVM SECVNDÒ RECOGNI||tus, & auctior redditus.||
An, & quanta fides ijs adhibenda sit?||**

Binsfeld, Peter

Avgvstae Trevirorum

VD16 B 5530

Quarta Conclusio. Mores hominum, euentus futurorum, vel actus humanarum voluntatum simpliciter & sufficienter attribuere constellationibus syderum, est superstitiosum, & contra fidem Catholicam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41113

Quarta Conclusio. Mores hominum, & euentus futurorum, vel actus humanarum voluntatum simpliciter & sufficienter attribuere constellationibus syderum, est superstitiosum, & contra fidem Catholicam.

HIEREMIAE 10. cap. à signis cœli nolite metuere, quæ timent gentes: quia leges populorum vanæ sunt. Deinde hoc spectat ad errorem Priscilliani, qui dixit homines fatalibus stellis alligatos. Eius errorem damnauit Concilium Braccarenf. primum cap. 9. Si quis animas & corpora humana fatalibus stellis credit astringi, sicut Pagani & Priscillianus dixerunt, anathema sit: & cap. 10. Si qui duodecim signa, quæ mathematici obseruare solent, per singula animæ, vel corporis membra dissipata credunt, sicut Priscillianus dixit: anathema sit.

Quinta Conclusio. Dispositiue & indirecte corpora cœlestia possunt agere in hominis voluntatem, & tunc eam contingenter inclinant, sed non necessitant.

S. Thom. 1. 2. art. d. S. Bonauent. & alij. Ratio est. Quia varia corporum dispositio plurimum facit ad humanorum morum variationem. Cœlorum autem virtus potest directe
in cor-